

Thesis utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00014.33

Auteur(s) : D. Joseph de Fleury

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Nancy)

Imprimeur : Bachot

Période de création : 4e quart 18e siècle

Date de création : 1780

Description : Une feuille imprimée. Le bord gauche est froissé et déchiré, et présente de larges taches brunes et rosâtres. Taches et perforation sur le bord droit.

Mesures : hauteur : 402 mm ; largeur : 310 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit canon et de droit civil que doit soutenir Joseph de Fleury le mardi 8 août 1780 à l'université de Nancy. Le jury est présidé par Elie André Schouller. Les articles de droit canon traitent du divorce. Les articles de droit civil concernent le mariage.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

DEO OPT. MAX. THESES UTRIUSQUE JURIS CANONICI CIVILIS

*Ex Capitulo septimo x. de
Divortiis.*

I.

MATRIMONIUM inter fideles ritè contractum verum esse *novæ legis sacramentum*, dogma catholicum est: ejusdemque matrimonii consummati vinculum morte tantum naturali alterutrius conjugis dirimitur.

II.

AT causa religioſe professionis in matrimonio rato ad vinculi dissolutionem admittitur, quia illud jus exemplis Sanctorum stabilitur: defunt verò vel similia Sanctorum exempla in ſuſceptione SS. Ordinum, unde nec illis ea prærogativa eſt diſſolvendi matrimonii rati.

III.

VINCULUM conjugale etiam extra *Sacramentum*, adeoque inter infideles contractum perpetuum eſſe probant varii ſcripturæ textus, ipſi SS. Canonēs ad jus divinum id referunt, & noviffimè Trid. inſiciens, matrimonii perpetuum, indiſſolubilemque nexum, primus humani generis parens Divini Spiritus inſtituta pronuntiavit.

IV.

AN ex jure ipſo naturali indiſſolubilitas matrimonii procedat, definitum longè eſt difficilius. Pluribus perſuaſum eſt id ſaltem ex jure naturali, ut vocant *conſenſo ac ſecundario* haberi, id eſt magnam ex diſtamine naturæ apparere convenientiam, ut matrimonium conſtanter duret.

V.

INDE publicæ leges divortii quales & quantæ fuerint, ſpectabant *juſ ſori*, partes enim eas in *foro poli* reputabant eſſe illegitimas. Chriſtus ipſe perpetuum indiſſolubilitatem vinculi ex primævâ inſtitutione feliciter reſciſcitavit *Matth. c. 5. & 19.*

VI.

FAVORI fidei tamen datum, quod converſus infidelem conjugem quæ ei cohabitare, aut omninò non vult, aut non ſine contumeliâ fidei, eam abjicere poſſit, & poſtquam obſtinatum animum declaravit, novum poſſit inire matrimonium.

Has Theſes, Deo duce & auſpice Dei-Parâ, propugnabit D. JOSEPHUS DE FLEURY ex Lichecourt, Dioceſis San-Deodatenſis.

Præſide Conſultiſſimo Viro Domino ELIA ANDREA SCHOULLER, in U. J. Doctore & Anteceſſore Nanceiano, die Martis 8 Auguſti, horâ ſeſqui-ſeptimâ matutinâ, anno à partu Virginis 1780.

PRO LICENTIATU IN UTROQUE JURE IN JURIS ACADEMIA NANCEIANA.

Superiorum permiſſu: NANCEII, apud SEBASTIANUM BACHOT, Regis & Univerſitatis Typographum Bibliopolamque Juratum.

*Ex Lege 12. Codice, de
Nuptiis.*

I.

LEGE primâ ſſ. de ritu nuptiarum definiuntur nuptiæ, *conjunctio maris & femine, conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio.* apud Juſtinianum ſunt, viri & mulieris conjunctio individuum vitæ conſuetudinem continent.

II.

IN perſonis, quæ matrimonium contrahunt, ut juſtæ ſint nuptiæ, tria requiruntur, *civitas, pubertas, & ut ii ſint*, quibus nec omninò, nec invicem nuptiæ ſint interdictæ.

III.

FORMA contrahendarum nuptiarum inter perſonas non prohibitas conſiſtit in conſenſu, maximè autem conſenſus contrahentium requiritur ad ſubſtantiam nuptiarum juxta R. J. *conſenſus nuptias facit*, intellige legiti-
timè præſtitus.

IV.

PRÆTER conſenſum contrahentium requiritur etiam conſenſus parentum in quorum poteſtate ſunt contrahentes. Ratio duplex eſt. 1.º *Patria poteſtas* quod eſt dominium quiritarium-vi cujus liberi ſunt *res patris*; altera *ne patri invito ſuus heres agnaſcatur.*

V.

EX hac poſteriore ratione, maſculis cum nuptias contrahunt hoc proprium eſt, quod non ſolum ejus in cujus poteſtate ſunt conſenſum expectare debeant: ſed etiam ejus in cujus poteſtatem ſunt recaluri cæterum ex certis cauſis remittitur conſenſus illius neceſſitas.

VI.

EXTRA has cauſas ſi filius-familias neglecto patris conſenſu matrimonium contraxerit, neque *vir*, neque *uxor*, neque *nuptiæ*, neque *dos* intelliguntur, adeoque nec liberi ex iſto coitu nati in poteſtate ſunt.